

Sacræ, ut multa sæpe in aliis dicantur quidem, in aliis verò im-
pleantur inquit, *Dn. D. Fink. Tom. 5. Gieß. Disp. 1. de S. Script. c. 24.*
Sic de Chanaan dictum est, *Gen. 9.* Erit servus fratrum suorum,
quod non in ipso, sed in Gibeonitis impletum fuisse, Sacra histo-
ria arguit, de Jacobo *Gen. 27.* dicitur, adorent te omnes filij ma-
tris tuæ, cum tamen in persona Jacobi contrarium videamus, ut-
pote, qui fratrem suum vehementer timuit, & septies eum ado-
ravit. Eadem ratione & hoc intelligitur, quod de Juda dicitur,
incurvabunt se tibi; Nam Judam, uti à reliquis fratribus,
natum se majoribus adoratum esse, haut verisimile, sic de Josepho
prorege *Aegypti*, hoc multò minus factum, res ipsa loquitur.
Vid. Rom. 9. 13. & Malach. 1. 2. & hoc ipsum *49. cap. Gen. 7.* ea quæ jam
dicta sunt, exemplis Esavi, Simeonis & Levi illustrare poterunt.

יְהוָה Non legitur in S. Scriptura, Christum in N.
T. unquam hoc nomine insignitum, sed S. Scriptura sæpe rei im-
ponit nomen, non quod illud habitura sit, quoad vocem; sed
quoad rem, sic *Es. 7. 14.* & vocabitur nomen ejus Immanuel,
nullibi verò eo nomine, Christus vocatus est, re tamen & facto
demonstravit, sibi soli hoc nomen competere, *Es. 8. 3.* Dixit Do-
minus nomen ejus accelera, spolia, festina, talem sc: se præbitu-
rus erat hostis imminens, *vid. c. 9. 6.* vocabitur nomen ejus admi-
rabilis, consiliarius, *Jer. 23. 6.* Et hoc erit nomen ejus, quo voca-
bunt eum Jehova Justitia nostra, sic *Zach. 3. 6. 22.* Christus voca-
tur אֱמֶן, quæ nomina miraculis & divina potentia, aliisque ope-
ribus, non verò reali impositione & denominatione, ut propria
sibi asseruit, Idem ferendum est Judicium de voce שִׁירָה.

מִבֵּין רַגְלָיו Arias Montan: qui verbum verbo reddidit,
vertit de in medio pedum, 70. verò qui venit de femore, Tar-
gum de semine, hinc multæ peregrinæ, hujus Phræseos explica-
tiones ortæ, sed non infrequens est Spiritui Sancto, honestis au-
tibus, tali loquendi genere studere, pedes enim, quia ei, quod ru-
borem suffundere posset, sunt proximi, ideoque amat eos Sp. S.
nominare, ut ijs nominatis, intelligatur, id quod intenditur,
præsens verò phræsis comodissimè explicatur per locum, *Deut.*
28. 57. ibi enim Deus gravissimam famem prædicturus, exaggerat
eam à muliere devorante prolem suam egredientem, מִבֵּין רַגְלָיו
Ex